

1
1.6
2
2.4
17
1.
2.
3.



1742.

1. Chrysander, Wilhelmus Christianus: *Conspectus pro-rectorum magnificorum, qui academiae Fuldae imo ab ipsis eius incunabulis usque ad annum 1742 praefuerunt.* . . . adpersis . . . notulis utitur atque . . . Prorectori Christophoro Timotheo Seidelis . . . ex die, quo fascis aced. posuerat consecratus.
2. Conrad, Franciscus Carolus: *De iure Amicitiae a Civitate Romana non Nivosa.* . 2 Sept.

1743.

1. Guebel, Joann. Gu. de: *De pactis, foederibus et sponsionibus.*
2. Pertsch, Jo. Georg: *De iure Augusti Imperatoris erigendi a Ludovico auctum Canonarium omniumque censum vulgo vicarium oblatorum dictum. Gratia inang.*
3. Pertsch, Jo. Georg: *De questione: tenet canonici scholasticus verum beneficium ecclesiasticum et dignitatem. nec ne?*

1744.

1. Conrad, Franciscus Cornelius: Honoris in arena
se honorari passus infamantis veram rationem
ad . . . intelligendam § 156 D. de postulando
exquirat et disputationes . . . de jure controverso 7A
. . . indit.
2. Conrad, Franciscus Cornelius: De inaequali masculinorum
et feminarum secundum jura Cimbrica successione 8
3. Conrad, Franciscus Cornelius: Statum naturalem Hobbesii
ex corpore juris civilis profligatum et profligandum . . .
ad disputandum proponet.
4. Conrad, Franciscus Cornelius: De justitia interna
a fine jurisprudentiae civilis non separanda.
5. Von der Horst, Antonius Felici: De difficultate
a Iudaeis per juramentum in foro Christiano vest-
itatem elicendi.

1744.

6. Kippingius, Franc. Gulphingus: De honoribus aca.
demis rechte decernendis, Oratio habita, cum
causam datam solemniter iurium doctorum renunciarat.

7a. Kippingius, Fr. Gulphingus: De pasta dubis, quem
scilicet vidua intra dies lugubres mixta est.

8. Perbach, Fr. Gero: De origine juris iurandi per
horrescentiae

1799
[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

P

F

P 347.

O

S

I



ANTONII JVLII von der Hardt 18

PHILOS. D. IN ACADEMIA JVLIA LINGVAR. ORIENTAL. PROFESSORIS
PVBLCI ORDINARIJ ET BIBLIOTHECARIJ

ORATIO

DE

DIFFICVLTA TE A JVDÆO
PER JVRAMENTVM IN FO-
RO CHRISTIANO VERITA-
TEM ELICIENDI

PRO RITE SVSCIPIENDO

PHILOLOGIAM ORIENTALEM PVBLICE DOCENDI
MVNERE

A

SERENISSIMIS AC POTENTISSIMIS ACADEMIÆ
NVTRITORIBVS
CLEMENTISSIME DEMANDATO

SOLENNITER RECITATA

IN JVLEO MAJORI

A. MDCCXLIV. D. XIII. OCTOBRIS.

HELMSTADII

TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.

1744, 5

11



ANTONIUS JULIUS NON DE CARTE
ANNUS D. IN ACADEMIA PHIL. LINGV. ORIENT. PROF. HONOR.
PHILOS. ORDINARI ET RECTORIS

GRATIO
DE

DIFFICULTATE A IUDÆO
PER IYRAMELIVM IN FO-
RO CHRISTIANO VERITA-
TEM ELICIENDI

TRAG. NIT. STREBENDI
PHILOGIAM ORIENTALEM PARVÆ DOGENDI
MIVERE

REPRESENTAS AG POTENTIAS AG DEVAE
NATVITVIBVS

ELEMENTISSIME DEMANDATO

IN IYRAMELIVM
IN IYRAMELIVM

A. MDCCCLXII. D. XIII. OCTOBRIIS.

REPRESENTAS
IYRAMELIVM
ACAD. TYPON



PRORECTOR ACADEMIAE IVLIAE
FRANCISCVS CAROLVS
CONRADI
CIVIBVS SALVTEM.



*E*st inter commoda illa, quae ex
felici hebraicae eruditionis
cum ceteris bonis literis
reparatione in rempublicam
redundarunt, haud sane po-
stremum, quod ab eo tempo-
re in exigenda a Iudaeis iu-
risiurandi religione curam et circumspectio-
nem adhiberi coepisse animaduertimus. Olim
in crassissimis illis tenebris maiores nostri so-
lenne sibi iusiurandum per nomen Sanctorum,
per Virginem Deiparam et Filium Dei, Iu-
daeis imponere haud dubitarunt, parum me-
mores, incassum postulari, ut iuraturus ea se
A 2 reli-

religione obstringat, qua se teneri palam negat. Intellecto deinde errore, saeculo tertio decimo inclinante, ea iurisiurandi forma placuit, ut Iudaei per nomen Dei et legem a Mose datam, posita ad pentateuchum dextra, iurarent. Sed quum eos nihilsecius fidem plerumque fallere experientia doceret; pro sanctiori vinculo, aliis locis inepti et superstitiosi, quos ipsi iuraturi contemnebant, ritus, aliis, ut genius temporum istorum ferebat, ignominiosae quaedam et Iudaeis abominabiles caerimoniae usurpatae fuerunt, quibus reuera id actum esse videtur, ut illis iurare iussis, sed fœditatem et contumeliam sibi intentatam subire recusantibus, quod quisque vellet, extorqueret. Secuta temporum et morum emendatione, saniora de remediis, quibus Apellae periuriis infames in ordinem cogentur, consilia eo maiori cum cura agitari cœperunt, ex quo Rabbinae doctrinae studia, in Germania diligentius culta, maximas Iudaicorum doctorum fraudes, et in iurisiurandi religione eludenda nefarias artes detexerunt. Itaque
non

non tantum certa norma et solennitas Iudaeorum sacramentis in Camera imperiali a Caesare et ordinibus praescripta, ac postea in plebrisque Germaniae iudiciis introducta, verum etiam illam, ut opus esse apparebat, emendandi, et obfirmatis omnibus effugiis, si fieri posset, ineluctabilem perfido et Christianis infesto hominum generi, iurisiurandi nexum inveniendi sollicitudo cum alibi, tum praesertim in terris Brunouicensibus ac Lunaeburgicis suscepta est: eaque exercuit viros Iudaicae doctrinae peritos atque etiamnum exercet. Dignum itaque argumentum delegit oratione, qua linguas orientales publice docendi

provinciam a SERENISSIMIS POTENTISSIMISQUE ACADEMIAE IVLIAE NVTRITORIBVS sibi mandata, auspicaturus est Vir Praeclarissimus ANTONIVS IVLIVS VON DER HARDT: quippe de difficultate eliciendi veritatem a iudæo per iuramentum in foro Christiano, ipsis Rabbitorum testimoniis confirmata, die

crastino, post auditam horam X. in Iulaco ma-
iori publice differere decreuit. Lubentes vos,
Dilectissimi Ciues, ac frequentes adfuturos
esse, dubitare haud sinunt, cum is, quo ipsum
iam plures annos indefesso studio docentem
semper prosecuti estis, plausus, tum vester in
Patrum eius, venerandum Academiae no-
strae seniore, amor, tum et ipsa, quam om-
nes scientiarum cultores intelligere eique
honorem habere fas est, orientalium litte-
rarum dignitas. P. P. in Academia

Julia die XII. Octobris

MDCCXLIV.

MA-



MAGNIFICE DOMINE PRORECTOR,
 SPECTABILES OMNIUM ORDINUM DECANI,
 ILLUSTRES ET EXCELLENTISSIMI
 DIVINARUM AC HUMANARUM SCIENTIARUM
 DOCTORES AC PROFESSORES,
 FAVTORES AC COLLEGE OBSERVANTER
 COLENDI,
 HOSPITES HONORATISSIMI,
 VOS QVOQUE, NATALIVM, VIRTUTIS ET LITE-
 RARUM SPLENDORE, GENEROSISSIMI AC
 NOBILISSIMI ACADEMIÆ
 CIVES,
 COMMILITONES ÆSTVMATISSIMI.



ivinæ omnino damus providentiæ
 & occulto cœli arbitrio, ad vari-
 os in orbe labores duci, in aca-
 demiis etiam ad certæ doctrinæ
 tradendæ genera adstringi & ob-
 ligari. Quidni & ego summi
 numinis tribuam voluntati &
 beneplacito, quod ab AVGV-
 STISSIMIS ACADEMIÆ NOSTRÆ
 NVTRITORIBVS, orientalis philologiæ munus
 clementissime mihi sit demandatum. Cujus spartæ
 philologiæ moles non exigua, quippe quæ præter
sacros

facros scriptores, ad abstrusissima & intima rerum judaicarum penetralia, *Rabbinorum* puta & *Cabbalistarum* mysteria, devolvitur. Quapropter statim in limine subvererer, ut huic oneri ferendo humeri mei sint pares, nisi pro solatio aucupando juvaret meminisse Buxtorffii senioris, cui magistratus Basileensis, cum injunctam philologiae operam declinasset, respondit: *Nos feremus te, donec feras quod tibi imponimus.* (a) Benevolum hoc & gratiosissimum decretum mihi etiam tacite vindico, qui in functione mea, pro virium mearum modulo, si in implicatissimis his studiis non omnia ad summum perfectionis gradum perducere valeam, fundamentum tamen aptum & solidum, cui posterius aliquando aedificium integrius superstruant, monstrare ac parare annitar. Quod perenne & ardentissimum meum fuit propositum, ex quo philologicis studiis operam dare mihi contigit. Propterea in reconditissimis judaicis rebus explorandis ac ponderandis, exordia, nexum, & fatorem seriem attente considerare curae cordique habui. In horum indagine magna mentem semper tenuit admiratio, *gentem judaicam* per tot secula, ab Abrahamo primo suo fundatore, ad nostra usque tempora, indefinenter esse *conservatam*, neque durissimis exiliis aut variis servitutis generibus oppressam aut plane extinctam, sed potius *per omnes in mundo plagas esse disseminatam.* (b) Res nimirum mani-

(a) vide D. TOSSANVM in Oratione Parentali Io. Buxtorffii.

(b) De locis, in quibus per omnes fere in mundo regiones Judaei commorantur, fusius egit, JOH. JAC. SCHVDT in *Memorabilibus judaicis* Frf. 1715. 4. tota Parte prima.

manifesta docet, populum hunc tam late esse expansum, ut non solum inter Europæos ingenti verferetur copia, sed etiam, quod maximi est momenti, *in medijs christianorum regnis aut provinciis libero gaudeat religionis exercitio*. Quæ concessa, licet multo ære acquisita, *religionis libertas*, tanquam carissimum judæis pretium, & validissimum servandæ universæ gentis vinculum, excludit *omne commercium cum exteris sacrum*, quoad doctrinam & cultum, & comprehendit simul *libertatem fori civilis*; cum apud Judæos sacra & civilia indivulso sint connexa vinculo. Habent itaque suas *synagogas, scholas, academias, suos judices, sua juris corpora*, ad quorum tenorem audiunt, examinant, judicant, mulctant, absolvunt. (c) *Typographiam* exercent, (d) ac ingentes bibliothecas ex suismet scriptis editis possident. Summa hæc *judæorum gloria*, qui præter tributum, regibus & principibus christianorum pendendum, *libertate gloriantur omnimoda*, pro proprii sui fori jure. Gens in diuturno exilio serva, præter tributum libera; gens sparsa, suis legibus unita & validissime coadunata, a christiana communione plane sejuncta, eique inimica. Cum vero religionis & fori apud judæos libertas juribus christianorum multis modis sit damnosa; facile patet, quid nos *de sinceritate & fide judæo-*

B

deo-

- (c) Libertatem, qua judæi inter christianos fruuntur, ut suis legibus vivant, suos sibi creent magistratus, quos נסים et פרנסים appellant, splendida palatia ac synagogas struant, describit *Schudt. l. c. P. I. p. 277, 297. P. II. p. 146. seq.*
- (d) De typographiis judæorum vide *Wolffium* in *Bibl. Hebr. T. II. p. 947. seq. & T. IV. 447. seq. Conf. Schudt. l. c. P. I. p. 62. et 284.*

Judæorum erga christianos in commerciis & exoriundis litibus sperare queamus. Lites inter christianos & judæos non possunt componi, sine jurium judæorum cognitione, aut christiani succumbunt, præter judicii christiani voluntatem. Si enim *ad juramenta* redeat controversia, ordinarie vicit judæus, per juramentum veritatem edicere jussus, (e) cum hanc metiatur non juramenti vinculo, sed privato judæorum commodo. Hujus asserti veritatem nemo negabit, qui judæorum doctorum *statuta* et principia inspexerit, quæ omnem *jurisjurandi judæici in foro christiano, aut pro christiano contra suos tribules, vim et obligationem denegant*. Quandoquidem autem pro functionis meæ concreditæ exordio aliquid de rebus philologicis est dicendum, haud ingratum me præstiturum officium confido, si oratione hac inaugurali DIFFICULTATEM A JUDÆO PER JURAMENTUM IN FORO CHRISTIANO VERITATEM ELICIENDI, EX IPSIS RABBINORVM TESTIMONIIS monstrauero. Vestra PATRES ACADEMIÆ CONSCRIPTI, COMMITTONES SVAVISSIMI, AUDITORES HONORATISSIMI, vestra, inquam, gratia & benevolentia certissimum me esse jubet, velitis mihi breviter & aperte dicturo benignas præbere aures.

Nullam in orbe gentem ad fraudes, mendacia & perjuriam esse procliviorē, quam gentem judæicam,

(e) Non negant judæi hanc esse communem de juramento in causa cum christiano sententiam, qui palam profitentur, bene cum illis agi, si ad (שבעה) juramentum res pervenerit, actum enim esse eo ipso curæ christiano. Vid. *Schudt.* l. c. T. II. p. 65. & *Hosmann* in *Juden* Heri P. I. p. 330.

cam, universi testantur scriptores, qui de rebus & juramentis eorum vel ex instituto, vel incidenter egerunt. (f) Cui perfidiæ, sæpissime illis exprobratæ, remedium adhibere, aut frenum illi injicere, quamvis plus simplici vice tentarint, celeberrimi de ecclesia & republica christiana insigniter promeriti theologi ac philologi; (g) longorum tamen annorum experientia docuit, facilius esse nigrum in candida vertere, quam fraudulentam recitatorum corrigere naturam, eorumque erga christianos animum emendare.

Communis sane *judæorum* est sententia de juramento suo in foro christiano, quod *perjurii exigua sit habenda ratio, ut pejerare liceat sine periculo & gravis delicti metu, si commoda propria requirant.* Quæ vulgata judæorum opinio tam profunde in eorum animo est radicata, ut nullæ teritionum & execrationum machinæ eam e pectoribus illorum excutere possint, quibus terribiles in foro christiano teritiones sunt fulgura ex pelvi. Generalis hujus inveteratæ apud illos vecordiæ ratio est *exitiale illud*

B 2

6

(f) Hanc in perjurii proclivitate apud judæos reperiri, affirmant ipsi judæorum doctores, in quibus *R. Jehuda Haccadosch*, in *massécht Schebhooth*; *Maimonides* in *Jad Chafaca*; *Arbaturim*; *Schülchan Aruch*; *Alpher*; *Lebbusch* &c. Qui Christianorum scriptores de judæorum in juramentis perfidia evolvere cupit, adeat *Wolffium* in *Bibl. Hebr.* T. IV. p. 518. seq.

(g) Huc spectat *Iob. Christ. Wagenfëlli*, denunciatio christiana ad iudices christianos a. 1703. fol. Altorfii publicata, quæ inserta apud *Schudtium* l. c. T. III. p. 339. seq. Conf. ejusdem *Wagenfëlli* præfationem, libro von der Belehrung des Jüden teutscher præmissam.

& innatum judæorum in quascunque extraneas gentes
 & præsertim christianos odium, (h) quod non solum
 occasionem illis præbuit recte fallendi & circumve-
 niendi quemlibet a legibus eorum alienum, sed a-
 pertas etiam illis dedit fores, libere & impune, ore
 & scriptis, maledicendi christianis horumque magistra-
 tibus. Probrosis & ignominiosis, quæ unquam ex-
 cogitari possunt, nominibus, imprecationibus, con-
 vicis, quibus christianos appellant, scripta eorum
 scitent. Liturgici eorum libri, qui מזוריי audiu-
 unt, aperta dant documenta, qua ratione non solum
 quolibet sabbato, (i) & reliquis per totum annum
 diebus festis, sed etiam quotidie, (k) pro delendis il-
 lis, qui Christo nomen dederunt, preces ad deum
 fundant. Hos, utpote a lege Mosis alienos, non mo-
 do generali idololatrarum, gentium, Idumæorum, (l)

Cu-

- (h) Vide *Johannis Philosophi Ecclesiasticum* s. Dialogum de
 actuali judæorum odio in christianos, quem laudat *Imbonatus* in
 Bibl. latino hebræa p. 128. b.
- (i) Peculiarem die sabbati habent oratiunculam, quæ extat in li-
 bro qui vulgo *Bensche Buch* audit, sub titulo זמירות ליום שבת
precationes die sabbati f. 15. c. 1. qua Babyloniorum nomine
 christianos intelligunt, quorum ruinam a deo expetunt. Conf.
Anton. Margaritam, in libro von Jüdischen Glauben p. 40. 56.
- (k) Tribus quotidie vicibus recitant formulam precum, quæ ap-
 pellatur ברכת המינים *precatio contra hereticos*, qua deum
 rogant, ut omnes hostes et præsertim christiani puniantur et
 excendantur, vide *Buxtorffii synag. jud.* p. 209. seq. Conf. *Eisen-*
mengerum, in detecto judaismo P. II. p. 107. Idem quoque
 argumentum precatiois quæ incipit עלינו לשבח, qua in chri-
 stianos, ipsamque Christum invehuntur, vide *Wagenfeilii* Tela
 ignea satanæ p. 216. *Sebudrium* l. c. T. III. p. 244. seq. *Eisen-*
mengerum l. c. T. II. p. 1021.
- (l) Hoc nomine in *Gemara* sæpissime appellari christianos docet

Cutheorum nomine vocant, sed etiam tanquam pecudes habent, canibus aliisque bestiis similes, (m) quas ex suorum Rabbidorum decretis a morte liberare non permittunt, (n) sed potius interficere gloriae sibi ducunt. (o) Quin & immanis eorum audacia eo ascendit, ut in ipsum servatorem nostrum virulentis invehantur calumniis. (p) Testantur hoc decantati rabbinico idiomate scripti libri *Toledot Jeschu*, (q) *Chis-*

B 3

Bartolocius in *Bibl. Rabb. T. III. p. 360. seq.* Stultos et coecos vocant christianos, quod videre licet apud R. *Lipmannum* in libro נצרון vid. *Wagenseilium* l. c. p. 110.

(m) Hanc de Christianis opinionem tradunt Talmudici in tractatu *Bava Mezia* Cap. 9. f. 7 ק"ג c. 2. אדם קרוין אדם וזין אומות העולם אדם קרוין אדם וזין אומות העולם וכו' Vos (Israëlitæ) vocamini homo, non vero gentes appellantur homo, sed pecus.

(n) Huc *Schülchan Aruch, Fore Dea* n. 158. עובדי כ"ס אומר הילכס אומר idololatræ a morte liberare veitium.

(o) In *Mechilta* f. סי c. 1. טוב שבגויס הרנו טוב שבנקאים רין ארז וכו' : Optimum inter gentes interfice, optimo inter serpentes frange cervicem. Ex *Maimonide* adducit *Ligtfootus in horis hebraicis* p. 286. quod hæretici, qui negant legem, sunt ex præcepto occidendi, si possit quis eos interficere, idque palam, si autem non aperte, clam & astute mortem machinari licet. *Ligtfootus* l. c. 797. Exempla vide apud *Schudium* l. c. T. II. p. 230. & apud *Eisenmengerum* T. II. p. 200. seq.

(p) Quotiescunque nomen Jesu appellant, per ישי intelligunt, more scribendi per literas initiales וישי וכו' excindatur nomen ejus & memoria ejus, vide *Buxtorffium* de abbreviaturis hebr. p. 101. Exempla privatorum inter recutitos, qui terribiles in Christum evomuerunt blasphemias, vide apud *Wagenseilium* in *Telis igneis* p. 188. seq. & apud *Hosmannum* in *Juden Herz* P. I. p. 18. seq.

(q) *תולדות ישו Historia Jesu*, calumniis virulentis repletus liber, auctoris anonymi, de quo *Wolffius* *Bibl. Hebr. T. II. p. 1443.* & *T. III. p. 1222.*

Chiffuk emuna, (r) *Nizzachon*, (s) quos *Joh. Chr. Wagenfeilius in Telis igneis Satanae* cum refutatione publicavit. Enormia hæc & similia judæorum flagitia licet a principibus & magistratibus severe sint interdicta, præ metu quidem censuræ & pœnæ secutura, *omittere* coacti sunt in plurimis suis liturgiis & precibus, typis impressis, *apertas & asperas* contra christianos *formulas*; ast, pro calliditate illis propria, *vel spatia liquerunt*, (t) quibus dein inscribi possit, quicquid illis lubet, *vel ambiguis* usi sunt *vocibus*, (u) quibus imperitos decipiant.

Huic indelebili judæorum in externos odio accedit perantiqua gentis persuasio, *omnia orbis bona judæis esse deuota*, modo tuto ea acquirere aut sibi vindicare possint. Cujus ratio ab illis venditur sententia

(r) *מונימנט דאמונה* *Munimentum fidei*, scriptum est pestilentissimum contra religionem christianam, autore *R. Isaac ben Abraham*, vid. *Wolff*. l. c. T. I. p. 641. T. III. 545.

(s) *נצחון* *Victoria*, auctore *R. Lipman*, liber invecivus in Christum & religionem christianam, quo nomine plura apud judæos reperiuntur scripta, de quibus *Wolffius* l. c. T. I. p. 734. seq. 903. T. III. p. 661. seq.

(t) *Eisenmengerus in detecto judaismo* T. II. p. 142. & 147. talem adducit imprecationum formulam, contra christianos directam, qua utuntur judæi in festo expiationis, quæ in impressis eorum libris ordinarie est omissa, sed spatio intercedente, his verbis notata: *עני עשר כסף* *Precatio secunda contra gentes hic deficit*, ut inscribi suo loco eo facilius possit. Conf. *Sebudium*, oculatum testem, P. II. p. 244. seq.

(u) Sic e. g. receptam judæi habent vocem *עכ"ו* quam communiter explicant *עברי כוכבים ומזלות* *cultores stellarum & planetarum*; sed tacite innuunt pro paritate literarum initia-

Totum forum christianum judicæ genti est ex-
osum & execrabile, utpote extraneum aut paganum,
penes quod non sit justitia & veritas, huc ergo ju-
dæum trahere per statuta severe interdictum. Pro-
batur hoc diserto generali decreto judaico, de nulla
causa in foro christiano tractanda, sub gravissima sce-
leris pœna, quod profert celeberrimus inter Judæ-
os Rabbi Moses Maimonides, qui scelestissimum & Mo-
sis legibus contrarium vocat eum, qui in judiciis
gentium cum altero contendit. (a) Quam christia-
ni fori fugam imperatam verbotenus pene ex Mai-
monide repetiit autor *Arba Turim*, (b) cum quo
consentit R. *Joseph Karo*. (c) Neque vero solum pro-
hibi-

R. David Kimchi in El. 63, 1. : כל הדין שהיה קודם חז"ל : In
vastatione Romanorum erit salus Israeli. Conf. R. Benjamin's iti-
nerarium ed. l' Empereur p. 82.

- (a) In *Hilbot Sanhedrin* c. 26. f. קמ"ז col. 2. כל הדין דייני גוים
ובערכאות שלהן הרי זה רשע וכלו קרף והריס יד בתורת משה רבינו :
*Quisquis judæorum contendit cum altero coram judicibus gen-
tium et in judiciis earum, ille est improbus, haud aliter ac si
conuittis incessisset, et se opposuisset legi Moysi doctoris
nostri.*
- (b) In *Cbofschen Hammischpat* P. I. *Hilbot daijanim* f. ד' c. 1. אסור
בפני דייני גוים וכל הדין דייניס הרי הוא רשע וכלו קרף והריס
: *Nefas litigare coram judicibus gentium. Quis-
quis igitur judæorum contendit cum tribuli in judiciis gen-
tium, (Christianorum) improbus est, ac si probro afficeret Mo-
sen, et se opponeret legi ejus.*
- (c) In *Schülchan Aruch*, *Cbofschen hammischpat* n. 26. p. א'
אסור לדין לפני דייני עכו"ם ובערכאות שלהם ופלוו כתרמו ב' בעלי דינים
: *Negatum est judeis litigare coram judicibus
idololatricis, & in eorum judiciis. Etiam si consentiat utraque con-*

hibitum contendere in judiciis gentium, sed præ odio fori christiani, progreditur iudicium judaicum ad excommunicationem ejus, qui tribulem ad tale forum traxit. (d) Quod si ergo judæis interdictum causam agere coram magistratu extraneo, christiano, in negotio judæi contra tribulem, multo magis prohibitum testari aut jurare pro christiano contra judæum.

Non solum autem odium in extraneos, & christiani iudicii fuga demandata, unica causa est, quæ dubiam de juramento judæorum facit fidem, sed majus adest momentum, nempe recepta apud judæos libertas absolutionis a votis suis juratis, quæ ceteris perjuriis parem pollicetur veniam. Publica hæc est judæorum doctrina, nullum esse tam grande scelus, quin penitentia possit expiari. (e) Quo doctorum

C statu-

contententium judæorum pars, se velle coram illorum iudicio lites tractare, prohibitum omnino. Idem docetur in *Falcut Rubeni* f. קע c. 2. עקן ע"ש ל"ב ל"ג ל"ד ל"ה ל"ו ל"ז ל"ח ל"ט ל"י ל"יא ל"יב ל"יג ל"יד ל"טו ל"טז ל"יז ל"יח ל"יט ל"כ ל"כא ל"כב ל"כג ל"כד ל"כה ל"כו ל"כז ל"כח ל"כט ל"ל

(d) Huc R. Moses Iserles, in *Schülchan Aruch*, *Chofschon hamischpat* n. 26 p. הי. c. 4. עקן ע"ש ל"ב ל"ג ל"ד ל"ה ל"ו ל"ז ל"ח ל"ט ל"י ל"יא ל"יב ל"יג ל"יד ל"טו ל"טז ל"יז ל"יח ל"יט ל"כ ל"כא ל"כב ל"כג ל"כד ל"כה ל"כו ל"כז ל"כח ל"כט ל"ל *Potest iudicium judaicum excommunicare ac devovere eum, (litigantem judæum) donec desistat a foro christiano contra tribulem.* Ejusdem est sententiæ Maimonides in *Hilchot Talmud Thora* c. 6. f. כ. c. 2. זקעדי על ידאל בערכאות *Qui testatur contra judæum in judiciis gentium, & extorquet suo testimonio es, extra iudicium judaicum, excommunicent eum, donec resarciverit.*

(e) Maimonides in *Hilchot Teschubha*, c. 1. f. 3. col. 2. ex *Foma* in

statuto utuntur pro remedio depellendæ vindictæ aut pœnæ, ut conscientia eorum maneat tranquilla & secunda. *Duplex autem votorum, juramentorum, ut & perjuriæ aut cujuscunque delicti est absolutio aut liberatio, vel per sapientem quendam doctorem judæum, vel per diem expiationis.* Illa perficitur, quando judæus, juramento aut voto visus obligatus, ad peritum quendam doctorem, aut illo deficiente, ad tres viros honestos ex tribulibus accedit, quibus voti aut juramenti casum aperte indicat, addita facti penitentia, tunc confessionem hanc sequitur plena & omnimoda criminis æstimati venia, tanquam indubitatum perjuriæ remedium. (f) Ut vero nullum supersit dubium,

Mischna & Gemara על כל העבירות אפילו רע כל Penitentia
 יתן ועד תשובה באחרונה אין מוכרין לו שום דבר מרשע:
 expiat peccata universa, quamvis per totam vitam improbe
 quis se gesserit, tandem vero agit penitentiam, nihil illi im-
 putatur ex ejus improbitate.

(f) Vocatur hæc solutio juramenti דיתר liberatio a juramen-
 tis, de qua Maimonides in *Jad Chafaka*, tract. de juramentis
 Cap. 6. Qui vindicat illud liberandi solvendique jus ex traditione
 per Mosen: כך למדנו משה רבינו מפי הקבלה זה הטהור כל ימי דברו
 על כל ימי הוה בעל דרך קלות על כל בעל כבוד כענין שאלת וקבלת את
 שם אלהים אבל אם כנס וחזר בו חכם מתיר לו והוא חכם יכל להתיר שבעת
 עמו והוא חכם רשאי להתיר שבעת או כדר בחקום שם גדול מנוי בחכמה
 : Accipimus a Mose et inquitur שם לו רבו אומר לו להתיר אלא מדעת רבו:
 se doctore nostro per traditionem, quod ille locus Num 30. 3.
 non dissolvat verbum suum; (ita fit intelligendus) non dissolvat
 ipse sibi met, per levitatem animi, ut spernat animo suo, pro
 effatio Ex 20. 7. non profanabis nomen numinis tui: sed si pe-
 nitent & inde discedat, vir sapiens solvat illud. Neque vero
 fas est quonquam solvere suummet juramentum. Neque licitum
 cuiquam solvere juramentum aut votum, superstite sapientiore.
 Vbi sapiens superest, nefas solvere sine præceptoris sui consensu.
 In

bium conscientiae judaei a vinculis liberatae, alter expiandi modus superest, magnum nempe illud quolibet anno celebre festum expiationis, quo peculiaribus precibus & absolutionum formulis (g) omnes

C 2 &

In *Echa Rabbati* super *Thren.* Cap. 2, 10. ליהיה כי ירד כדר ליהיה או כשע השנועה לאסור אסר על כשע לא יתל דכרו בכל הינא חסו ישע או לם אי בני לחסר יכל הוא אחרו לו הולך הוא אל תכס וחתי לו שנועת: *Si quis votum soverit, aut juramentum juraverit deo, ut ligando liget animam suam, non profanabit verbum suum, secundum omne quod exiit ex ore suo faciat. Dixit ei: si autem voluerit irritum facere, potestne? Dixerunt ei: ambulet ad sapientem, qui liberet eum a voto vel a juramento suo.* Conf. *Raym. Martini* Pugionem fidei p. 920. Modum & conditionem solvendi aut irrita faciendi juramenta, praeter *Maimonidem* l. c. profert *R. Moses Mikkozi*, in libro *Sepher Mizvot Gadol*, f. 70. c. 1. וחתם מוחתה ו. חסר חסר או השנועה ואמר או לנ' הדיעות אם אין עס וחתם וזרין לפרט הכר או השנועה ואמר או כשעתי על כך וכחתי ואילו חיתי יודע שאני מלער בדבר זה עד כה או שירע לי כך וכך לא הייתי נשע וחסר או גדל חסר אומר וכבר נחת ודוא הן וחת כך חסר אומר שרי לך או וחת לך או חסר לך או חסר לך: *Quomodo solvunt juramentum? accedat jurans ad sapientem quendam primarium, aut ad tres plebejos, si deficiat sapiens, et indicet votum aut juramentum, ac dicat: ego juraui hac de re, sed poenitet me, si etiam sciuissem, quod anxius fuisset ob hanc rem, aut euenisset mihi hoc modo, non jurassem. Tunc dicat sapiens aut primarius inter tres illos: jam ergo te poenitet? ille vero dicat: ita est. Tunc dicat sapiens: solutum sit tibi, aut remissum, aut condonatum tibi, et quae sunt similia, in quacunq; dialecto.*

(g) Tales absolutionum formulae in omnibus fere judaeorum libris precum reperuntur. Inter quas primarium obtinet locum precatio quae appellatur כדר נידר (col Nidre) quae haec continentur verba: וזאתי וזנועות דכדכא וזאשעניא וזאסרתי על כשעתיא חיוס כפורים זה עד יום כפורים הלא עלינו לטובה בכלהון אחרעטא ברוך כלהון יהון שרין שפיקין שביטין בטילין לא שרין: *Omnia vota, vincula*

& singuli judæi ab universis peccatis, per totum annum peractis, etiam gravissimis, abluuntur & mundantur, ut puritate angelis habeantur similes. (h) Quandoquidem ergo ex opinione Rabbinorum nullum existat peccatum, quod non sit remissibile, expiatione in ipsa pœnitentia fita, ita hæc omnem quoque perjurii pœnam & metum superat.

Omnia hæc, quæ hæctenus in medium protuli, superant receptæ & quasi imperatæ *reservations mentales*, quæ planam ad perjurium parant viam. Familiarissima hæc est judæorum consuetudo, naturæ ductu, & imprimis ex auito sanguine, fallaciis ad lucrandum assueto, in juramentis *sententiam mente r. condere ac reservare*, aliud in corde sentire, aliud ore profiteri. Quod commune populi judæici effugium delineat fuse sæpe laudatus *Maimonides*, (i) qui expresse affirmat, in juramentis *non obligari jurantem, nisi os et animus ejus consentiant*, neque vim esse juramenti in dissonantia oris et pectoris. Quod *reservationum mentalium artificium* sapientes inter judæos

cula, & juramenta, quæ vouemus & juramus & pollicemur, in animo nostro, a die hoc expiationis usque ad futurum diem expiationis, (qui nobis eveniat bonus,) lugemus singula. Omnia ista sunt soluta, remissa, inania, futilia, non obligantia aut firma. Vota nostra non habeantur pro votis, et juramenta nostra non asseruntur pro juramentis.

(h) R. Meyer, in *Avodat hakkodesch* f. 62. c. 3. כיום דמסורים הם כיום כמלפני דמרים: Die expiationis illi (pœnitentes) sunt mundati ut angeli ministrantes.

(i) *Hilchot Schebbuot* cap. 2. f. 102. c. 1. אם נזר בלבו לדבר ועשה ונזר: Si in animo habeat jurare, in pronuncianda autem re, de qua jurat, errat, aliudque dicat quam fuit in animo, vitio caret.

dæos judices cum latere non posset, *frenum* aliquod calliditati ab illis *injectum*, ut appareat *concordia mentis et oris*; interdictum nempe *dissimulationis et reservationum mentis*. (k) Ast quomodo vetabit judex, quod non est in illius potestate? Cogitationes hominis non sunt in cognitione judicis, illas ergo prohibere, est damnatas declarare, sed animo eximi non possunt. Manet ergo *judex incertus*, an jurans reservationes mentales omiserit, an secus. Hoc *veritatis remedium*, judæo in adjuratione *interdicere reservationes animi*, si valorem habere possit in foro judaico, *vanum & irritum* tamen *in foro christiano*, ut si vel millies prohibeat judex christianus, servent tamen, retineantque morem aliter profitendi, aliter sentiendi. Ratio illis est in promptu, quod *juramentum coactum nullius sit valoris & virtutis*; (1) atqui *violentum* habent actum, quem *judex christianus judæo imperat, ut est, ad forum trahi ad jurandum*.

C 3

Præ-

(k) Interdicta ista memorantur in Talmude, in *Massecht Schebbuot*, cap. 6. f. 53 c. 1. על דעתך על דעת דתו לא דתו זרע על דעתך ועל דעת בית דין: *Quando adjuravit eum, dicit qui judicium illi: memento, quod te adjuravimus non ex tua mentis sententia, sed ex sententia dei & judicii.*

(1) R. *Iserles*, in *Schülehan Aruch*, *Fore Dea* n. 232. f. 117. c. 2. כל שחש חשש בטובים או פ' דתו על דעת דתו או על דעת דתו: *Quicumque jurat coactus, etiamsi dixerit ex sententia multorum, vel ex sententia dei, nihil valet.* Idem l. c. *Fas est homini dicere, quod juramentum fuerit coactum, aut sub hac vel illa conditione.* Idem l. c. דתו לא דתו זרע על דעתך ועל דעת בית דין: *Qui vovet aut jurat coactus, votum aut juramentum non est.*

compellat iudex extraneus ad iuramentum contra proximum, in puncto fornicationis cum femina christiana, aut in casu debiti, et vulnerationis, tunc tenetur jurare pro socio, ne in periculum & damnum incidat, juncta interna renunciatione. Memorabile paradigma præceptorum reservationum in iuramento coram iudice christiano habetur apud R. Jacob Weil, (o) ad quod exemplar innumeros alios casus componere possunt; si nempe judæus cogatur jurare, se non esse egressurum ex ditioe principis, tunc cogitet, pro jure reservationis animi, hodie, aut hac vel illa conditione.

Ne vel minimum restet dubii de publica hac judæorum doctrina, & ne quis venditet, privatam hanc esse quorundam opinionem, testem libet afferre celebrem judæorum doctorem R. Fiszbak Abubaf, hispanum, qui in systemate morali, lucerna lucis (p) dicto,

ritque depositarius jurare, quod nihil habeat pecunie Rubenis, dummodo in animo eorum fiat abnegatio & renunciatio iuramenti. ב' יהודים שהיו זה חת זה נגור העלמן אחר ערות אס יעשו : הכהר יתיר חרובו קראו אונס : Si duo judei plagis se affe. erint, profectus autem in foro christiano sequatur essatum aliorum testium, si mulsetur ultra aquum, vocatur iuramentum coactum.

(o) In Scheelot uthefchubhot f. 25. c. 2. בהפטר חכמי יהודי אלו יאס אפרנו יאסו כלנו על התנאי דבר זה : Si princeps adjuret judæum, n. exeat ex ditioe ejus, cogitet judæus: hodie. Quod si etiam distincte expresserit princeps, nunquam esse excusandum, cogitet in animo suo, hac vel illa conditione.

(p) In thesi secunda, de non mentiando, P. II. cap. 2. ח' ע"פ שמונים עשרים הכנועות יא דברים אדם כנגדו ובחוקס f. 1. c. 4. אפ"ס

dicto, communem moralistarum pronunciat sententiam: *reservationes mentales in juramentis apud judæos coram judice extraneo esse juris.* Ex hujus sententia clarum est, quod *liber reservationum usus comprehendatur titulis erroris et coactionis; si juramentum per errorem sit commissum, ut in dicendo quis erraverit, aut ad juramentum sit coactus, necessariam esse dissimulationem veritatis.* Dissensus ergo inter eloquium jurantis et animum cogitantis legitimus, ex judaicorum doctorum doctrina, modo *cautus* sit reservationis mentalis arbiter, ne fraus aliis suboleat, & *perjurii suspicio* oriatur. Judex itaque christianus, cum non inspiciat reconditos pectoris judaici recessus, fallaciis plenos, *fidem juramenti judaici* nescit; nec illo modo quicquam superest, quod licentiam pejerandi in foro christiano impediatur.

His vel obiter ac leviter pensatis, abunde patet, quid de *adjurationum et territionum ambagibus ac ceremoniis*, quibus in foro utuntur, sit statuendum, & quousque hic apparatus ad edicendam veritatem valeat. Est autem *territionum* alia conditio et valor in foro judaico, et aliter comparatum, si judæus coram *judicibus christianis* comparere cogatur. In apparatu ad juramentum in synagoga, judæus se sistat oportet.

על"כ ששטעט ערו וויזו כן איז ענדער עלוסס אס חזק פון ולבו זיין לבי
 זענען נעמען זיך וכוונת לבו הוה זענען אקרת אכל זיך לומר
 :הס: עלז יקטב ערו זענען חלוו הס: Quoniam difficiles sint juramen-
 torum res, sunt tamen quedam, que committuntur per erro-
 rem, aut per alienam vim, in quibus licet juramentum praestetur
 falsum, tamen est peccati expert, si os animusque illius disponunt,
 quando labiis suis effert rem hanc, in animo vero est res alia.
 Cavendum tamen ne de reservatione mentali oriatur suspicio,
 propter profanationem nominis dei.

fuo apparatusu sacro distingvunt inter כשר *legitimum*, & פסול *illegitimum*. Ut cetera religiosa instrumenta, supra memorata, nunc mittam, tempori parcens, *volumen legis* hujusque *legitimationis requisita*, paucis lustrabo. Generalis character apti voluminis est, ut sit *integrum*, quinque libris Mosaicis constans, *non impressum*, sed *manuscriptum*, & quidem a *religioso judeo*, scribendi artis exacte conscio, qui inter scribendum curate observet ne in exarando peccet, minime vero a sectario inter judæos, aut converso; tale enim volumen illorum judicio non ferendum sed abolendum. (x) *Materia* voluminis debet esse *non charta*, sed *pellis pecudis munda*, quam dum apparat coriarius judæus, necesse clare pronunciare: quod maceret *ad usum voluminis legis*, alias illegitimum est volumen. (y) *Eadem consecratio* aperta & distincta valet *in scriba*, qui dum incipit scribere, tenetur dicere: *hoc volumen ego scribo in nomen sancti voluminis legis*; quod si non fecerit, illegitimum est. (z) *Nec devotionis* in scribendo satis, quotiescunque enim incidit inter scriben-

D 2 dum

(x) *Maimonides in Hilchot Tphillin* C. 1. absolute pronunciat: *Quicquid est faciendum in nomen hujus sacri, si faciat extraneus, illegitimum est.*

(y) *Arba Turim*, Hilchot Sephr Thora, n. רע"א f. רכ. c. 2. לריך קתרו סערוות ועבודין לשם ספר תורה למד עורות אלו אני מעבד לקדשת ספר תורה: *Pelles maceranda sunt in nomen et usum voluminis legis, dicendo: has pelles ego macerabo pro sanctitate voluminis legis.* *Maimonides* l. c. פסול ספר לקרות *Quodcumque volumen legis, quod non est apparatus in nomen ejus, illegitimum est, ut in eo legatur in synagoga.*

(z) *Arba Turim* l. c. f. רע"ב c. 2. לריך שאמר הסופר כשיתחיל לכתוב ספר זה אני כותב לשם קדשת ספר תורה ומספיק לכל הספר ואם לא עשה



dum *nomen dei* יהוה, cogitare et devote pronunciare obligatus est scriba, quod faciat *in nomen sancti nominis dei*, (a) quo omisso volumen univcrsum est illegitimum. Præterea *interna scribendi forma*, ratione *foliorum & suturarum, paginarum*, quoad longitudinem & latitudinem, veteremque *scribendi modum* sine distinctione per versus, *quantitas spatiorum, literarum quarundam situs*, his nunc *magnis aut parvis*, nunc *suspensis aut inuersis*, & alia multa, indicium de valore codicis faciunt. (b) *Legitimo huic legis volumini, cylindris ligneis* (עץ החיים *arbor vitæ* appellatis,) circumvoluto, a judæis omnis honor & veneratio tribuitur. (c) Involvitur nempe in synagogis pretio-

sis

: אלו: Tenetur scriba, dum incipit scribere, dicere: hoc volumen ego scribo in nomen sancti voluminis legis, quæ consecratio sufficit pro toto volumine. Quod si non fecerit, illegitimum est.

- (a) Ibidem l. c. f. דכך c. 2. אפי' עזיזת בתחלת הספר עמוק לאס קדושת ספר תורה בכל פעם עמוק עס דרין לעזוב עמוק לאס קדושת: *Quamquam in principio scribendi voluminis dixerit scriba, quod scribat in nomen sancti voluminis legis; tamen quotiescunque nomen dei scribendum venit, cogitet necesse est, quod scribat in nomen sancti nominis dei. Quod si non fecerit, profanum est.*
- (b) Hæc requisita, ad legitimum voluminis legis exemplar necessaria, fusius descripsit Maimonides in ספר תורה.
- (c) Describit hanc venerationem jus judæorum canonicum longo ordine: *Arba Turim n. דכך f. דכך c. 1.* וזכורנו וכן המעשיות והדקוק והנדל עמוקנו בו ספר תורה אפי' עזיזת עמוקנו ספר תורה בו כדעוד לבדו אלף כדעוד עמוק וכן כדעוד עמוקנו: *Theca quæ est appa-rata pro volumine legis, & in qua est repositum; pariter vela-menta aut mappæ ejus, & arca, & pulpitum cui imponunt volumen legis non nudum, suppellex sacra sunt.* Conf. Buxtorffi *Synag. Jud.* p. 284. seq.

fis aureis *mappis & pepelis*, ac reconditur in ארון *arca*
facra, ex qua cum pompa in sacris sabbaticis defer-
 tur in רוכן *suggestum*. Tale ergo & tantum est, tot oc-
 cultus ac invisibilibus, ut & *aperitis* ac conspiciendis
sanctitatis insignibus, decantatum *legis volumen*, quod
 ad juramentum a judæo præstandum existimatur ap-
 ptum & legitimum. *Privatum vero volumen*, vel ac-
 curatissime scriptum, *ad juramenta* in foro *invalidum*,
 quia de characteribus sanctitatis internis non constat,
 ideoque pro illegitimo habendum. Tam immanis
 & excedentis æstimatæ sanctitatis legis volumen, ad
 contactum per jurantem judæum necessarium, di-
 scernere ac dignoscere judex christianus nullo modo
 potest. *Translatio enim hujus legitimi voluminis ex sy-
 nagoga in forum christianum*, tantis dubiis implicita,
 ut credibile non sit, *synagogam unquam permissu-
 ram*, ut ex *arca* in christianum deportetur *judicium*,
 quod pro immundo & idololatræ habent. Quod si
 etiam per magistratum cogantur judæorum antisti-
 tes afferre volumen, accipient undecunque aliquod
 vitiatum, quod *judicio* *sistant* christiano, irritum eo
 ipso omni juramento in illud præstando.

Audivistis, AUDITORES HONORATISSIMI,
 quam multis *difficultatum generibus* sit obnoxium, *con-
 scientiam judei jurejurando constringere*, et quam *suspe-
 cta* sit illius *fides* in negotio quod in detrimentum i-
 psius aut tribulis cedit, ex rationibus supra allatis;
 quibus ut plures et alias adderem, nec verba nec ar-
 gumenta huc pertinentia deficerent, nisi Vestra, AV-
 DITORES exoptatissimi, *patientia abuti* vere-
 rer; quapropter *filium orationis* meæ abrumpo.

Possem nunc, et pro muneris demandati ratione deberem VOBIS, CARISSIMI ACADEMIÆ CIVES, *studia philologica & fontium commendare, & infinitum eorum* in universo scientiarum campo *recensere usum*; sed hoc esset in laudes et diligentiam VESTRAM incurere, quod tamen modestia VESTRA non permittit. Quam cara enim & quam grata VOBIS sint præclara hæc studia, profiteri ipsemet non erubesco, qui meis in hoc disciplinarum genere scholis semper frequentes interfuistis. Pro qua VESTRA non interrupta diligentia, et in me benevolentia, publice VOBIS nunc ago habeoque gratias, nullus dubitans, quin eundem erga suavissima fontium studia amorem, et erga me favorem, imposterum servaturi sitis illibatum. Quantum in me est, omni tempore et omnibus viribus contendam, ut non solum necessaria hæc studia progantur, eorumque dignitas magis magisque augeatur, sed etiam probatissimus VESTER discendi ardor sustentetur.

Restat, vt pro perenni salutis incolumitate SERENISSIMORVM POTENTISSIMORVMQVE ACADEMIÆ NOSTRÆ NVTRITORVM, quorum plane singulari clementia orientalium linguarum provincia mihi contigit, devotissimas ac supplices fundam preces.

Servet supremum numen AVGVSTISSIMVM AC POTENTISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM GEORGIUM II. MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIAE ET HIBERNIÆ REGEM, FIDEI DEFEN-

37


FENSOREM, BRVNOVICENSIVM AC
LVNEBVRGENSIVM DVCEM, S. R. I.
ARCHITHESAVRARIVM ET ELECTO-
REM, ACADEMIÆ JVLIÆ HODIE DIRE-
CTOREM MAGNIFICENTISSIVM, in
feram usque senectutem, ab omni adversæ fortunæ
injuria immunem, omnibus ILLIVS consiliis cle-
menter annuat, et faciat ut EJVS potentia ac autori-
tate, abjectis armis, Germaniæ pax restituatur fir-
ma ac perpetua.

Tueatur Deus ter optimus maximus SERE-
NISSIVM PRINCIPEM AC DOMINVM,
DOMINVM CAROLVM, BRVNOVICEN-
SIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVCEM,
PATRIÆ PATREM, PRINCIPEM AC HE-
RVN NOSTRVM CLEMENTISSIVM,
& proferat annos, omni prosperitatis genere cu-
mulatos, ultra proavorum ætatem, ac largiatur, ut
sapientiæ EJVS fortuna semper respondeat.

Protegat præpotenti brachio summus rerum
arbitertOTAM SERENISSIMAM DOMVM GVEL-
PHICAM, & faxit ut ILLIVS fortuna indies eat altior.
Floreat in hac terra religio, justitia, floreat literæ,
artes, & omnia quæ splendorem reipublicæ pariunt.
Imprimis floreat illustre hoc Musarum domicilium,
CARISSIMA NOSTRA JVLIA, ut sub divina prote-
ctione & POTENTISSIMORVM NOSTRORVM
PRINCIPVM tutela fit & maneat *sapientiæ, salutis &
bonarum artium æternum & firmum stabilimentum.*

Quod

Quod reliquum est, VOBIS, MAGNIFICE
 DOMINE PRORECTOR, PATRES ACADEMIÆ
 CONSCRIPTI, CIVES ACADEMICI CARISSIMI,
 AUDITORES HONORATISSIMI, toto pectore
 gratias persolvo quas possum maximas, pro incom-
 parabili propensæ in me voluntatis documento, quod
 honorifica VESTRA præsentia actum hunc condecora-
 re, & me dicentem benevole audire non fueritis
 gravati. Nihil mihi unquam erit gratius, nihil ac-
 ceptius, quam si occasionem nactus fuero, devin-
 ctissimum VOBIS meum animum quovis modo decla-
 randi. Faxit divinum numen, ut omnes ac singuli
 læti & incolumes ad extremam veniatis senectam,
 in totius literati orbis ornamentum amplissimum,
 splendidissimæ VESTRÆ familiæ solatium certissimum,
 & JULIÆ nostræ splendorem fulgi-
 dissimum.





(X228 2758)





Pr. 40 num. 2

1744, 6

IOANNIS GVOLFGANGI KIPPINGII

ANTONII JVLII von der Hardt 18

PHILOS. D. IN ACADEMIA JVLIA LINGVAR. ORIENTAL. PROFESSORIS
PVBLICI ORDINARIJ ET BIBLIOTHECARIJ

11
1744, 5

ORATIO
DE

DIFFICVLTA TE A JVDÆO
PER JVRAMENTVM IN FO-
RO CHRISTIANO VERITA-
TEM ELICIENDI

PRO RITE SVSCIPIENDO
PHILOLOGIAM ORIENTALEM PVBLICE DOCENDI
MVNERE

A
SERENISSIMIS AC POTENTISSIMIS ACADEMIÆ
NVTRITORIBVS
CLEMENTISSIME DEMANDATO

SOLENNITER RECITATA
IN JVLEO MAJORI

A. MDCCLXIV. D. XIII. OCTOBRIS.

HELMSTADII
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.

